



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia**

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In Qvibus Singlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo Continentvr Et Explicantvr ...

**Tomás <de Jesus>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1684**

Capvt XVIII. Pro tribus orantium statibus fidei praxis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38621**

beati, inter quos numerari non immerito potest Chananea Evangelica, dum inter tot Domini repullas, non tamen animo contracta diffidit, sed inigni fiducia, nunquam defatigata sibi divinæ bonitatis misericordiam vivacissimè credidit, hinc à Domino laudata audire meruit: *O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut vis.* Tota ergo im-

petrandi difficultas, & defectus ex defectu vivæ fidei, quam Christus D. exigit, originem habet, ut clarè admodum explicat Sanctus Hieronymus, *non orarem, inquit, si non crederem, sed si crederem illud cor, quo DEVS videtur mandare, manibus tenderem peccata, genas lacrymis rigarem, corpore inborrescerem, ore pallerem, facerem ad Domini mei pedes, eosque statu perfunderem, crine tergerem, & herem certe trunco Crucis, nec prius dimitterem, quam misericordiam impetrarem, hincque S. Hier. Viva hæc fides in S. August. in hortio ita vixit, tantaque quodammodo vi DEUM devicit, ut Augustinum peccatorem, tantum effecit Sanctum.*

Hæc quoque pollebat S. Gregorii Nazianzeni foror, quæ, ut ipse testatur, cum non prius se caput suum ad altari dimissuram denunciasset, quam sanitatem obtinisset, statim liberatam se morbo sensit. Sed & sanctissimæ Matris nostræ THERESIÆ invicta fidei vivacitas resplendit, in multis quidem aliis, sed nominatim in hoc orationis exemplo, cum post annos viginti annorum bellorum spiritualium, post communionem, ante Crucifixi imaginem, magna fide, vitæ mutationem confidenter postulans clamare cepit: *Domine non discedam hinc, nisi prius concesseris mihi, quod peto* 3 qua certè fidei nobilitate, quod viginti annorum spatium nequiverat, uno momento obtinuit.

Ac denique plurimi SS. hæc fide viva cum Deo quasi luctati sunt, sicut Jacob, nec dimiserunt Dominum, nisi benedixisset eis.

Instantia, & perseverantia hæc orationis est, secundum fidei doctrinam medium efficacissimum, ad Dominum devincendum, ut ipse nos in Evangelio docet, exemplo viduæ, quæ orationum suarum importunitate, & perseverantia, quod antea nequiverat, tandem obtinuit: & alterius amici, qui ab amico media nocte tres panes commoda: o postulans, idcirco, quia rogare non desistit, desiderio suo non est frustratus.

Verùm etsi dicamus fide viva omnia, quæcunque petimus obtineri, nequam tamen excludere volumus alias orationis conditiones à S. Thoma traditas, ut sunt humilitas, perseverantia, & spiritualis necessitas.

CAPVT XVIII.

Pro tribus orantium statibus fidei praxis.

Legendus de **T**Res sunt eorum, qui oratione exercentur statibus, sive gradibus, Primus incipientium, Secundus proficientium, Tertius perfectorum. Qui pluri per sunt velut tres ætates spirituales, correspondentes seditionis tribus vitis, quas mystici nominant *purgativam, illustratam, & unitivam*, ut latius alibi dissectui Dominus. Sicut ergo diverso alimento educantur parva Maria, h. & vitæ perfecti: ita quoque istorum statuum qui tri- spiritualium diversa sunt exercitia, ciborumque pariter differentia: parvulus enim, qui jam orationis luto opere Ro cem aspiciere incipit, lacte opus est. Proficientibus aucto stomachi calore, paululum solidiore cibis pluri. At perfectis, solidissimo. Erit ergo necessarium, singulis fidei face præ Thom. à Jesu Oper. Tom. II.

lucere, ut quisque sibi commoda via, absque offendiulo possit progredi, & ex viridario fidei; convenientia erati suæ edulia decerpere.

Pro statu incipientium.

§. 1.

**I**ncipientes, & qui in via purgativa versantur (quorum exercitium est deslere antea vitæ peccata, carnem castigare, penitentiam agere, & excavatione patetis amotis proprii, ad sui ipsorum cognitionem, & odium penetrare) fidei exercitio, in hoc præcipue incumbere debent, ut vera justitiae trinitate, peccati mortalitatem gravitatem ponderare norint, his rationibus:

- 1. Quia est injuria infinita, in ipsam divinam majestatem admitti.
- 2. Quia privat animam gratia, amicitia Dei, & incomparabilibus æternæ gloriæ bonis, ipsamque reddit DEO exosam & inimicam.
- 3. Quia reddit hominem obnoxium, & dignum penis inferni horribilissimis, in æternum sine redemptione tolerandis.
- 4. Quia causa fuit incredibilium poenarum, & intolerabilium tormentorum vniigeniti Filii DEI, quem pro redemptione, & liberatione nostrâ à servitute & tyrannide peccati, incarnati, & pati oportuit.

Hæc in statu via purgativa, fidei lance probè æstimare debet incipiens, & ex summa peccati gravitate, ejusque abominatione, intimum sui ipsius, ob gravia, quæ commisit peccata, odium concipere, sic unumque propositum non peccandi de cætero: nec non dolorosissima JESU Christi passio, cujus ipse peccatis suis causa fuit, medullitus compati.

Extimulare adhuc seipsum poterit rationibus, similitudinibus, exemplis, discursibus, excitandæ veritati, & certitudini fidei idoneis: exemplum sit, desiderat aliquis animare se ad offensam mortalis enormi aem ponderandam, & hæc consideratione & ratiocinatione semetipsum convinicit.

Quanto excellentior est persona offensa, tanto altius excelsit injuria, quæ in eam committitur, enormitas: sicut major est injuria in judicem commissa, quam quæ in plebeum: major nem, quæ in præsidem, ac maxima, quæ in Regem; coque amplius, quo, qui offendit vilior est, culpa aggravatur; qualis ergo, & quanta erit offensa in DEI majestatem infinite bonam, & summam, à peccatore vilissimo perpetrata? vel sic inquires: magna est profecto peccatorum meorum gravitas, ad quorum remissionem necessarium fuit DEUM incarnari, & tam horribilia pati tormenta, mea peccata crucifixi erunt DEUM meum, quam horribilia sunt, in conspectu DEI mei, scelera mea; quæ filio ejus intulerunt crucis mortem, qualemque vindictam sumer de peccatis meis propriis in anima & corpore meo, qui talem exercuit in Vniogenito suo pro peccatis alienis.

Vide & considera divinæ Justitiæ exactissimum rigorem, & peccati malitiam, tam stupendè in morte JESU Christi demonstratam. Compungere in intimis animæ tuis visceribus, compulsionem dolorum, quibus propter crimina tua à planta pedis usque ad verticem capitis repletus est amantissimus Salvator tuus. Quanto ergo gemitu deplorare debet peccata tua, præcavere & timere justitiam irati Iudicis? quanto reipsum odio prosequi, & castigare in carne tua tantam adversus DEUM rebellionem?

Argumento similiter ducto ab æternis inferni cruciatibus sic agere poteris, Si DEUS, qui mitor dis-

de illo differt, & ubertim exponit, & nost. Joan à Is. su Maria Tom. 2. oper. suorum in lib. Scholæ oration. Tr. Statu 7. de; stat. 66.

JESU

spirit.

ari non debemus, sed & dolores meditati ferre. batur homo, plurimè numeris nocentibus, quæquam tamen non aut his patientibus in Christi exaltationem, enim magnis impetitionibus, est libilibus, sollicitudinem tamen ad dicitur, concupiscentia, non fumum faceret, et jugiter in omnibus officis, orationibus, et in Christi con- tot personarum narent, & mille milareur, & repetentis auribus tadio utium perpetuo acco- rationis munimen- divine promissionum Christi thespocato, & penitentiæ diffidit ad- ma fiducia & virtutu Dei orationa do efficacia, & 5. nate efficacia vive ducit firmam de- æ fiduciam, qua is, & glorificati- glouificantes se am est, duobus o verbis: Almo collit plurimè ad veritas concendo laudat, & infici prout dicatione su- huic, quam non abiqre rientiæ, alim- idum, longè ori modo di- yllum mirum is periculis & ia securus, & p- a- ceter procl- s, non inu- iam, in v- g- ne pro Dei ri fide obu- & Apostoli, sse primiti- divinz bo- quum in se abent de- onibus, & ui ad huc e profecto beati,

ricordissimus est, & clementissimus, peccatum mortale quod momento transit, æterna pena damni & sensus, id est, gloriæ privatione, & ignis æterni terribilibus cruciatibus castigat, impossibilis est peccati mortalis feditatem non esse maximam.

Hujusmodi considerationibus & meditationibus luce fidei in oratione excitata, voluntas movetur ad dolorem, & contritionem suorum peccatorum, abominationem sui, compassionem Christi Domini, corporis castigationem, & austeritates, quæ sunt exercitia incipientium propria.

*Pro statu proficientium, ubi etiam de S. obedientia.*

§. 2.

Vid. supra cit.

**I**N via illuminativa (cujus præcipuum exercitium est mortificare & eradicare passiones, virtuti tripertiteque inferere) vivæ fidei praxis erit, diligentertitum o-  
annotate, quænam circa quasque virtutes doceat  
pus part.  
2.

fides, affectum ad amorem earum impellendo, sumpto prototypo actuum & exemplorum, quæ nobis in Scriptura sacra imitanda proponuntur. Exemplum utile erit in S. Obedientia; de qua inquit Scriptura S. *melior est obedientia, quam victima, & vir obediens loquetur victoriam;* quæ S. obedientiæ laudes sunt, quibus spiritualis exercitator, voluntatem ad hujus virtutis affectum movere debet, tanquam, qui hac armatura, victoriam suarum tentationum, passionum, & laborum obtinet, & in æternum triumphabit.

Præcipua tamen, quibus animus ad obedientiæ amorem excitatur, sunt ista sacratissimo Christi Domini ore prolata verba: *quis vos audit me audit, & qui vos spernit me spernit:* si enim semel mentibus nostris impresserimus vocem S. obedientiæ esse vocem Christi Domini, & hanc veritatem infallibilem esse, & divinam; certum est, obedientiam nostram futuram multo faciliorem, & promptiorem; & quod non minoris æstimandum est, simplicem & cæcam.

Ad hanc virtutem consequendam, quid Scriptura sacra doceat diligenter attende: obedientiam nimirum exerceri debet, intellectum captivando simpliciter, & sine discursu, inde enim Abraham collaudat Apostolus dicens: *Fide qui vocatur Abraham obedivit in locum exire, quem accepturus erat in hereditatem: & exiit, nesciens quo iret.* Sic & fide obtulit Isaac & c. Præterea in hac, sicut & in cæteris omnibus virtutibus, in vivum virtutum omnium speculum Christum Dominum intendere debemus, qui ut inquit Apostolus, *humilitavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.*

Si velimus insuper aliqua consideratione fidei lumē suscitando, nos ad sanctā obedientiā animare, hoc vel alio modo dicere poterimus: Errare nō potest, qui ab Obedientia sanctā dirigitur; quandoquidem ipse DEUS decet; *quis vos audit, me audit;* quodnam ergo majus sanctæ Obedientiæ bonum excogitari potest, quæ securo, & certo itinere ducit ad regnum cælorum; & si Christus Patri æterno per omnia æqualis, ut nos sanctam doceret Obedientiam, Patri suo putativo & nutritio, sponso sanctissimæ matris suæ MARIÆ, gloriosissimo JOSEPH obedivit, cur ergo recuso obedire ipsi DEO, quandoquidem prælatus sit ipsius locum tenens, & ejus nomine me regat & gubernet?

Istiusmodi ad virtutem stimulis nos ipsos exper-

facere possumus, ad junctis aliquot sanctæ Scripturæ testimoniis, in omnibus imitationem Salvatoris nostri JESU Christi, quæ scopus vivæ illuminativæ, nobis præfigentes. Considerationes quoque alias adhibere poterimus, quæ quanto infallibili fidei veritati propinquiores, aut quasi agnate fuerint, tanto etiam potentius intantum assequuntur.

Ad hunc orationis statum pertinet Dei cognitio: mox enim, ut anima mortificatis passionibus, virtutibus ornata fuerit, capax redditur ad divinam majestatem cognoscendam, cui apprimè conducit scala secuta, & compendiosa divinorum beneficiorum creationis, & redemptionis generis humani, quæ nulla, præterquam fidei luce, amplius meliusque ponderari & æstimari possunt, ut latius superius à nobis explicatum est, cum de fidei exercitio circa DEUM & Redemptorem nostrum ageremus.

*Pro tertio Orationis statu.*

§. 3.

**T**ERTIUS orationis status est vivæ unitivæ, quando jam anima eousque pervenit, ut extrinsecus virtus, mortificatis passionibus, virtutibus condecorata, & lumine divinæ cognitionis irradiata, pro quotidiano exercitio, & scopo habet amoris fervore in Deum se unione mediante transformare; ad quod nihil æquè conducit, ac divinæ bonitatis cæterarumque perfectio num, & beneficiorum à supræma illa majestate, nobis collatorum, grata & amorosa contemplatio, quæ luce & certitudine admirabili fides manifestat, ut diximus in exercitio fidei circa charitatem Dei.

## C A P V T XIX.

*Virtutis atque fidei exercitium in patientiæ tribulationum.*

**H**VC usque tradidimus modum exercitandi fidei circa virtutes Theologicas Fidem, Spem, Charitatem, circa etiam virtutem Religionis, nominatim orationem, quæ nobilissimus actus est divini honoris, quo eum tanquam Dominum, nostrarum necessitatum auxiliatorem humiliter protestamur. Restat modò, ut aliquid subjungamus circa virtutes morales, & specialiter, circa earum nobilissimas, patientiam & humilitatem.

Primo itaque, ut firmiter munici securo patientiæ in omnibus hujus vitæ tribulationibus & laboribus constemus, fides baculus & sulcum est firmissimum: si enim attente consideremus, reperiemus totam Scripturam sacram à Spiritu sancto ad nostram patientiam roborandam esse ordinatam, *quæcumque enim scripta sunt, ut inquit S. Paulus, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus.*

Tanti æstimat DEUS patientiam, ut eam tanquam scopum Scripturæ suæ præfigat, neque hoc solum, sed insuper seipsum appellat *DEUM patientiæ, & solatii, & spei;* ut nos ad eas virtutes sectandas, fortius animaret. Prius vocabatur *Deus Abraham,* nunc vero postquam affixus fuit Crucis, vocatur *Deus patientiæ,* & eorum, qui patiuntur, ut non desponderemus animum in laboribus: ipsi enim adjuvabit nos, & patientia firmabit cor nostrum; *Deus vocatur solatii,* quia eadem mensura, qua immitit tribulationes admittat